Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

et regni statum componere et firmare deside-
ranti desiderio cupiebant. Horum omni-
um aliorumque probabilium totius condicionis
testimoniis non acquiescere nichil est
aliud quam dei iram promereri. perpetueque
dampnationis subire sententiam. His
itaque ad tanti patris innocentiam osten-
dendam commemoratis illius regis frau-
des machinationes. et in deum et in sanctum
petrum contumelias nostre scedule conjun-
gentes. ne in erroris tenebrosi ignorantie
sese volentes pluribus latere permitta-
mus cepta sequamur. Quomodo henricus quartus indigne regno successit.

Tercio igitur henrico mortuo quartus ille henricus rex
permittente romano pontifice vic-
tore qui tunc morienti presens erat. he-
reditario iure nimium puer successit.
Sed salomone attestante et dicente
ve terre cuius rex puer est et cuius principes
mane comedunt. ad destructionem sui
et totius regni quicquid usquam sceleri esse
potest certo corde petulans patrare non
timuit. Sed credentibus cunctis testimo-
nium pueritie inperfecteque etati lasciviam
eius romani pontifices supportarunt. exi-
stimantes illum virile scandere tempus. quo
corrigi posset per se. non adtendentes quod
scriptum est parcens virge odit filium. Nu-
trit namque filium vicium. et dum ramus
tener non incidatur aut evellitur post in maturi-
tatem veniens manu vix aut ferro pre-
ciditur. sic nimirum ille maiorem ascendens
tempore cursum. omnem ecclesiam superbie
calcaneo supponere calcandamque prebere
vilem. ut ancillam pluribus conabatur.
Quod scelus romana ecclesia non ferens.
que caput totius religionis et magistra est.
et cui cunctos seculi potentes preceptis corri-
gere vacillantemque consolidare proprium est.

ipso domino precipiente apostolo petro conversus
confirma fratres tuos. cuius eum commen-
tere et commonere et predicare cepit. Cuius collum
christi iugum ferre nescivit. libertatis sue ar-
bitrio in duratum. hac illacque currendo dif-
fugit. novo pectore nova versans con-
silia. tempus oportunum expectavit. quo
romanam ecclesiam ut ceteras sibi subicere
posset. Ad quod postea res ut ipsa pa-
tuit annisu quo valuit erectus est. Nam
mortuo nicolao papa. sub introducto-
que sancte memorie alexandro vesania
sue mentis arreptus. hereticum cadalo-um
parmensem male nominatum episco-
pum data per manum suam investitura
in papam erigere non formidavit. Verum
cedentibus omnibus confusus deo quod de-
liberaverat. nequaquam ad effectum pervenire po-
tuit. Quo tempore quotiens sit patribus lit-
teris commonitus. eiusdem patris alexandri
libri testantur. Cui pater gregorius postquam
dei voluntate fugiens et renitens suc-
cedere coactus est. ut decebat paterna illum
visitavit commonitione orans et postu-
lans. ut pro amore regis eterni. pro sui status
salute pro anime sue remedio ab hiis que
oportebat tamen sancte ecclesie filium et membrum
abstinere pedem retraheret. agnosceret
que regem regum super se inspectorem.
qui cordium consilia et tenebrarum ab-
scondita cognoscens. unicuique secundum
opera sua reddit. rogans etiam ut consili-
arios pessimos qui magis sua quam eum
diligebant dimitteret. quorum talium consiliis
consentire nichil aliud quam mortem
adquirere regnumque subvertere. et in fabu-
lam cunctis gentibus fieri velle significa-
bat. Ad hec rex ipse parumper commotus
litteras supplices. et magis ut postea
claruit. subdolas emendationem permit-

quomodo henricus quartus indigne regno successit